(c. 19 r) « Quicumque igitur philosophi de Deo summo et vero ita senserunt, quod et rerum creatarum sit effector et lumen cognoscendarum et bonum agendarum, quodque ab illo nobis sit principium naturae et veritas doctrinae et felicitas vitae, sive Platonici accommodatius nuncupentur, sive quodlibet aliud sectae suae nomen imponant ; sive tantummodo Ionici generis, qui in eis praecipui fuerunt, senserint, sicut idem Plato et qui bene eum intellexerunt ; sive etiam Italici propter Pythagoram et Pythagoreos et si qui forte alii eiusdem sententiae indidem fuerunt ; sive aliarum quoque gentium qui sapientes vel philosophi habiti sunt, Atlantici, Lybici, Aegyptiaci, Indi, Persae, Chaldaei, Scythae, Galli, Hispani aliique reperiuntur qui hoc viderint et docuerint ; eos omnes caeteris anteponimus eosque nobis propinquiores fatemur ».

Idem Augustinus libro 2 de Doctrina Christiana cap. 40, iubet :

« Philosophi autem qui vocantur si quae forte vera et fidei nostrae accommodata dixerunt, maxime Platonici, non solum formidanda non sunt, sed ab eis etiam tamquam ab iniustis possessoribus in usum nostrum vindicanda » ; et infra / (c. 19 v) « Nam quid aliud fecerunt multi boni fideles nostri? Nonne accipimus quanto auro et argento et veste suffarcinatus exierit de Aegypto Ciprianus doctor suavissimus et martyr beatissimus? Quanto Lactantius ? Quanto Victorinus, Optatus, Hylarius? (Ut de vivis taceam). Quanto innumera Graeci? Quod prior ipse fidelissimus Dei famulus Moses fe-

111 *De civ. Dei*, VIII, 9 ; P.L. 41, 233-234.

126 *De doctr. christ.*, II, 40 ; P.L. 34, 63 ; cfr. *Acta Ap.*, VII, 22.

<sup>114</sup> sit] est ms.

<sup>115</sup> quodque] quodquod ms.

<sup>117</sup> accommodatius] accommodata eius ms.

<sup>119</sup> praecipui] praecipue ms.

<sup>121</sup> indidem] inididem ms. (ma Patrizi scrive sempre *inididem*, come anche alcuni mss. del *De civ. Dei*).





cerat, de quo scriptum est quod eruditus fuerit in omni sapientia Aegyptiorum », at, si Philonem etiam audiamus, et Graecorum et Assiriorum et Chaldaeorum.

Nazianzenus quoque oratione in Iulianum prima ita loquitur :  
 140 « Nam cum tota philosophia in partes duas, contemplationem et actionem, divisa sit, quarum altera ut sublimior, ita perceptu difficilior ; altera humilior illa quidem atque abiectior, caeterum fructuosior ; apud nos utraque alterius ope atque adiumento floret : ut enim speculationem ad coelestium rerum studium comitem,  
 145 <actionem> pro speculationis fundamento habemus ».

Itaque nos et consiliis et hortatibus et iussibus et exemplis tot sanctorum virorum ad rerum coelestium studium et explanationem contemplationem philosophicam comitem ascivimus, dogmata nimirum Chaldaeorum et Aegyptiorum et / (c. 20 r) proborum Grae-  
 150 corum Zoroastri, Hermetis, Orphei, Pythagorae et Platonis et sectatorum, sed comitem talem qualem nobis praecepit idem Nazianzenus libro Cygneorum carminum ad Seleucum his verbis :

« Huius tu vitae simulacrum velim serves ac te ipsum ad Mosis mores illos conformes. Illius exemplo<sup>r</sup> disciplinam Ethnicarum doctri-  
 155 narum tamquam aequus iudex, qui fert sententiam legibus consentaneam, verorum dogmatum libertati, ut omnino fieri par est, et sapientissimae sacrarum literarum contemplationi, subservire iubeto. Nam aequissimum est ut sapientia spiritus, quae coelestis est divinitusque nobis concessa, domina sit huius inferae terrenaque disci-  
 160 plinae tamquam ancillae quae vario quodam conatu nequaquam inflata esse debet, sed ad ministrandum convenienter ac decore condocefacta. Oratio enim terrena sapientiae divinae serviat ».

Igitur cum haec omnia divinorum virorum et monita et iussa legissem atque considerassem et philosophiam scriberem meam,  
 165 <quod> pro viribus ingenioli sumus executi, Ethnicorum illorum qui nobis sunt propinquiores multis sum usus testimoniis et eorum

137 Cfr. PHILONIS *De vita Mosis*, I, 5, ed. L. Cohn, vol. IV, Berolini 1902, p. 125 ; luogo citato da CLEMENTE ALESS., *Stromatum*, I, 23 ; P.G. 8, 900.

139 GREGORIO NAZIANZENO, *Contra Iulianum* I, 113, P. G. 35, 649-652 ; *actionem* è richiesta dal testo greco : « .... καὶ γὰρ θεωρίαν συνέκδημον πρὸς τὰ ἐκεῖθεν ποιούμεθα, καὶ πράξιν θεωρίας ἐπίβασιν ».

152 GREGORIO NAZIANZENO, *Carmen ad Seleucum*, vv. 238-250 ; P.G. 37, 1592-1593.

<sup>152</sup> Seleucum] Seleum ms.

<sup>158</sup> quae] qua ms.

<sup>162</sup> condocefacta] condo et facta ms.



explicationibus quo facilius res divinae et Sanctissimae Trinitatis dogmata ab impiis illis, quos commemoravi, et intelligerentur et crederentur, et eis per illa operam / (c. 20 v) ferrem, quam libri  
170 proborum Graecorum, horum scilicet ipsorum et Sibyllae et Hy-  
staspis libri, Ethnicis veteribus tulerunt, omni conatu sum adnixus.

Ut autem in hoc pio conatu non errarem, errare enim, ut aiebat Augustinus, possum, haereticus esse non possum, praecepto Sacrosancti Concilii Tridentini parvi, librum antequam imprimeretur  
175 Reverendo Patri Inquisitori Ferrariae videndum detuli. Is Reverendum Patrem Jacobum de Lugo, qui antea Cremonae inquisitor fuerat, ad id opus sibi substituit. Hic vidit diligentissime, si quae horum Ethnicorum dogmata a nobis allata contra fidem aliquid continent in calce cuiusque libri adnotavit et lectores admonuit,  
180 atque ita liber ut in lucem emitteretur permisit. Cui et superiorum alter Antonius Montecatinus philosophus et publici gymnasii moderator subscripsit. Atque ita liber Summo Romano Pontifici Gregorio XIII est a me consecratus et eius successoribus omnibus in tutelam commendatus. Partes vero libri Cardinalibus Sfondrato,  
185 Lauro, Salviato, Lancillotto, Rovere, Borromeo, Paleotto, Gonzagae, Valerio, Aldobrandino singulae singulis sunt dedicatae, eisque suos libros singulis Romam transmisi; Horatio Capponio, P. Antonio! (c. 21 r) Possevino, Raphaeli Cassalio Cappucino singulos libros donavi. Nemo unquam eorum de eo quidquam (quod sciam) haereticum  
190 est suspicatus aut in eo deprehendit eo quod scirent aliud esse per

173 Passo non identificato; cfr. però *De haeresibus*, P.L. 42, 23: « non enim omnis error haeresis est »; e ancora: *Contra Acad.*, III, 16, P.L. 32, 952: « Non fortasse omnis qui errat, peccat »; cfr. *De gestis Pelagii*, 18; P.L. 44, 330-331; *De baptismo contra Donatistas*, IV, 16; P.L. 43, 169; *De Gen. ad litt.*, VII, 9; P.L. 34, 360; cfr. *Decretum Gratiani*, II, 24, q. 3, c. 29; 31; P.L. 187, 1306-1307. L'espressione è corrente: cfr. per es. l'apologia di Maestro Eccardo di Ochheim: G. THÉRY, *Édition critique des pièces relatives au procès d'Eckhart*, ecc., in « Archives d'hist. doctr. et litt. du Moyen Age », I, 1926, p. 186: « errare enim possum, hereticus esse non possum ».

184 Si ricordi che sia il Papa Gregorio XIV, sia l'Aldobrandini (dal 1592 Papa Clemente VIII), sia Scipione Gonzaga, Agostino Valier e Girolamo della Rovere erano stati compagni di scuola del Patrizi a Ferrara (cfr. DONAZZOLO, op. cit., p. 13; P. M. ARCARI, *Il pensiero politico di Francesco Patrizi da Cherso*, Roma 1935, p. 29).

169 operam] opera ms.

171 adnixus] adnexus ms.

174 Concilii Tridentini parvi] Concilii Tridentini Concilii parvi ms.

183 est a me] et a me ms.





rationes humani ingenii per ea, quae facta sunt ad invisibilia Dei adniti faciemque eius semper hac via quaerere, et aliud esse fide sola circa theologiam versari. Qua de causa multoties admonui in meo libro me ad Hermetis et Zoroastri aliorumque philosophorum  
195 sententiam loqui aliterque in theologia sentiendum, veluti libro 9 Panaugias fol. 21 col. I hisce verbis:

« Quoniam vero Mens primaria, et Dei verbum, est lux infinita, non solum.... incorporei luminis quinque gradus extra se producit ex dogmate Zoroastri superiore (Scio et teneo tamen opera ad extra  
200 esse a tota Trinitate quemadmodum et in sequentibus, et intellego et teneo) ». Et libro 8 Panarchias fol. 16 col. I alia :

« Sed cur illum patrem unum dicimus, genitum vero unitatem appellamus? (Iuxta doctrinam Procli et Damascii Platoniorum, quamquam theologi verissime teneant omnia contineri in Deo et  
205 in Filio distincto a Patre et Spiritu Sancto excellentissimo modo). Apud Zoroastrem quidem et Hermetem etiam unum illud / (c. 21 v) Monas appellatur. Nobis vero doctrinae clarioris gratia melius visum, unum illud, hanc vocari unitatem ». Et iterum libro 9 Panarchias fol. 18 col. 2 idem protestor his verbis :

210 « Duo ergo ante omnia generat Monas. Ait enim.... Et hoc ex carmine Zoroastri (secundum vero veram theologiam pater et filius, ut unum principium, spirant Spiritum Sanctum) ».

Quibus apertissimis protestationibus et aliis declarationibus non obstantibus, et non consideratis tum cohortationibus tum iussibus  
215 tum etiam exemplis apostolorum Divi Petri et Divi Pauli, et apostolicorum patrum qui idem fecerunt et alios facere iusserunt, et non obstantibus annotationibus Reverendi Patris Revisoris et eius animadversionibus, statim ac liber meus Romam pervenit inventus est Pater Joannes Petrus de Saragoza, Magistri Sacri Palatii socius  
220 iuvenis satis, qui acerrimam in eum censuram est aggressus, quam vix novem mensibus peregit: Deus bone, qualem, quam doctam, quam acutam, quam iurgiorum, quam calumniarum <plenam> quas Indicorum maximus elephans vix ferre posset. Eas tamen ego propter officii reverentiam patientissime fero. Non feram ta-  
225 men eas accusationes quibus meum / (c. 22 r) librum ut multas

191 *Ad Rom.* I, 20.

193 admonui] admovi ms.

195 sententiam] sententiam ms.

200 tota] toto ms.

201 8 Panarchias] 6 Panarchias ms.

203 Iuxta] Vix ms. (*Iuxta* è nell'op. cit.).

225 ut] et ms.





haereses continentem Summo Pontifici Clementi VIII denunciavit idem Sacri Palatii Magister Reverendus Bartholomaeus de Myranda, atque a se subscriptas Sanctissimo Pontifici attulit. Sunt autem accusationes, quas dico, hae quae sequuntur ordine. Ac tres priores  
 230 quidem fatetur ipse cur contra me tantopere adduxit. Harum prima est quam ipse nulla methodo tertiam ponit, quod in libri titulo dixerim :

*Tota in contemplationem venit divinitas*, offensus illo *tota*, quasi nimis arroganter dicto. At non advertit me his libris de Sanctissima  
 235 Trinitate deque mentium divinarum ordinibus et coelestibus corporibus et animis quibusdam, quae philosophi divina vocant, philosophice tractasse. Extra quae quatuor divinarum genera rerum in philosophia nulla forte reperiantur. Si ergo non tamen ex aequo haec omnia tractavi cur dicere non potui totam in contemplationem  
 240 venire divinitatem? / (c. 22 v) Contemplationis autem nomen non scientiam non sapientiam dicit, sed viam tantum ad eas et nixum quemdam. Non ergo tantum ut criminantur mihi arrogavi, ut crederem me totum Trinitatis aut Divinitatis profundum potuisse vel penetrare vel pandere.

245 Secunda irarum causa, quod in epistola visus sim scholasticos theologos perstringere ut Aristotelis nimirum amicos, ut qui eius autoritatibus fidei dogmata plus aequo confirmare sint conati.

---

233 Si ricordi il titolo completo dell'opera del Patrizi : « Nova de universis philosophia in qua aristotelica methodo non per motum sed per lucem et lumina, ad primam causam ascenditur. Deinde propria Patricii methodo, tota in contemplationem venit Divinitas. Postremo methodo Platonica, rerum universitas a conditore Deo deducitur ».

245 Cfr. l'epistola dedicatoria a Gregorio XIV, premissa alla *Nova de universis philosophia* (carte non numerate) ove tra l'altro si legge : « Vulgi, et litteratorum etiam multorum animis insedit, plerosque eorum qui philosophiae operam navant, de fide catholica, non bene, non pie sentire, et aut non recte aut nihil credere ridentque passim philosophos, hoc dicterio iam vulgato, hic philosophus est, in Deum non credit. Neque id sane temere. Vident enim in omnibus Europae gymnasiis, in omnibus monachorum coenobiis, solam Aristotelis philosophiam magnis premiis et magna ambitione doceri. Hanc autem solam (nam Epicurea, quae in Lucretio vix superest, fere ignota iacet) Deo et omnipotentiam et providentiam auferre, et sciunt, et audiunt. Quid igitur de eius cultoribus et propugnatoribus concipiant? Aut quas meliores de eis imbibant opiniones? ».

<sup>236</sup> philosophice] philosophicae ms.



Quod quidem non eo animo annotavi, quo nostrorum temporum haeretici scholasticos reprehendunt, sed quod relictis locis internis  
 250 et theologorum propriis e scripturis, conciliis, traditionibus et patribus, ad externos Aristotelis, Averrois, Avicennae, Avicbronis philosophorum impiorum confugiant, ita ut 132 vocibus graves nostrorum temporum theologi Divum Thomam in sola *Summa* sua Aristotelis sententiis usum esse animadverterint. Quem doctorem  
 255 magno suo merito Angelicum fuisse vocatum cum gravissimis/ (c. 23 r) theologis non dubito; quod et Christus confirmasse videtur cum illi oranti dixerit, « bene scripsisti de me Thoma ». Attamen hae non obstarunt, quin et a Joanne Scoto et a Durando et a multis suae familiae Thomistis in aliquibus non reprehendatur. Quod Reve-  
 260 rendos Censores non puto ignorare.

Tertia irarum causa fuit, quod Albertum Magnum veteribus Peripateticis stultiorem in re physica dixerim, quem ipsi aiunt esse beatum. At ego fateor ingenue me nunquam aut legisse aut audisse eum esse beatum. Sed post censuram, quaerenti mihi an id ve-  
 265 rum esset a viro pio et docto responsum tuli id suos quidem olim < a > Pontifice nescio quo petisse, non tamen obtinuisse ob necromantica quaedam aliaque tum superstitiosa tum impia quae in quibusdam suis leguntur libris. Sed quid mirum est me eum perstrinxisse quando et Divus Thomas et multi Thomistae et alii graves theologi repre-  
 270 hendunt in his in quibus a veritate defecisse est compertus? Quin imo ipse se ipsum carpit in Speculo Astronomico, quod putaverit alteram propositionum de futuro contingenti comparatione Dei et verorum astrologorum adversus Aristotelem et Peripateticos, quos ipse alias probaverat, esse veram. Quod ergo tam grave fuit pia-  
 275 culum in re sensibus multo notiore stultitiae eum notasse? Sed verbum excidit. Has fuisse irarum causas contra me fatentur. Sed graviores mihi quidem tacuerunt, vobis vero, Illustrissimi Cardinales Sacro

---

257 L'episodio è narrato nelle vite di S. Tommaso scritte da Pietro Calo, da Guglielmo di Tocco e da Bernardo di Guido: cfr. D. PRÜMMER, *Fontes vitae S. Thomae Aquinatis*, « Documents inédits publiés par la Revue Thomiste », fasc. I-III, 1911-1927, pp. 38, 180, 190.

262 Cfr. *Nova de universis philosophia. Pancosmias* lib. XIX, f. 109 v: « Stultior veteribus Peripateticis factus est recentior Albertus, cui cognomen Magni, haud scio quo merito, sui tribuerunt ».

271 ALBERTO MAGNO (ma l'attribuzione oggi è respinta), *Speculum astronomicum*, cap. XIV.

<sup>249</sup> quod] quo ms.

<sup>254</sup> usum] visum ms. // animadverterint] animadverterim ms.



Indici praepositi aperuerunt, de quibus ad Apologiae huiusce meae calcem aliquid dicam breviter./

280 (c. 23 v) Nunc vero supplex<sup>o</sup> oro atque obsecro vos Illustrissimos ac Iustissimos huius meae causae Iudices ut aequo animo, christiana caritate veritatis ac iustitiae, quam profitemini et quae vobis a Deo Optimo Maximo est demandata, [ut] censuram contra meum librum factam et meam in illam apologiam attente audire velit. 285 Ego quidem de Reverendo Patre Sacri Palatii Magistro nihil conqueror; scio enim eum prae valetudine sua hypochondriaca librum meum legere non potuisse, socio suo Fratri Joanni Petro de Saragoza id negotii mandasse, viro satis iuveni et, ut ipse sese prodit, nec satis philosopho nec satis theologo. Hic vir censuram hanc novem 290 mensibus conscripsit, verbis quidem brevem, sed rebus longe acerriam. Cuius summam his capitibus comprehensam paucisque vos Iustissimi Iudicis auditote.

VI propositiones de suo ingenio confixit, quae in meo libro nullibi leguntur.

295 XII catholicas, ut haereticae apparerent, mutilavit.

XXII externas, Zoroastri scilicet et aliorum philosophorum, quasi meae essent, haeresios notavit.

IV [quatuor] inter theologos in quaestione ad utramque partem positas pro terminatis contra me attulit.

300 XVI mere physicas, quasi theologicae essent, reprehendit.

XI non intellectas perverse est interpretatus.

VIII loca ex sacris conciliis, ex patribus falso citavit./

(c. 24 r) XXI dum meas carpit, suas sapientes haeresim videtur affirmare.

305 Has tales et tam veraces tam sinceras Frater Joannes Petrus attulit contra me; Pater Magister, nimium illi fidens, eas sua manu subscripsit, Summo Pontifici detulit, et his talibus librum meum qui nihil contra fidem habet apud vos, Iustissimi Iudices, prohibendum procurat. Sed quia id pro suo officio facit, excusatum 310 habeo. Quod si libri sacraesanae fidei administri et famuli et quantum possunt viribus omnibus opitulatores inauditi catholicis prohibeantur, certum est rem totam literariam brevi tempore pessum iri, <et literas> perituras et in eas calamitates ignorantiae plenas incursuras, in quibus in exortu nostrorum temporum haere- 315 resibus sepultae iacebant; et ansam aliis novis ac peioribus haere-

282 quam] quas ms.

291 paucisque] paucis quae ms.

313 perituras] peritas ms.

314 haeresibus] haeresion ms.



sibus praebituras. Sed ne has meas querelas non probatas videar vobis proposuisse, et falso me de Fratere Joanne Petro esse questum singillatim singulas singulorum capitum ordine quo proposita sunt probare aggrediamur. Ac primo quidem eas sex, quas ab eo con-  
320 fictas esse dicimus.

Dopo questa introduzione, Patrizi esamina partitamente le proposizioni incriminate, procedendo secondo il raggruppamento che abbiamo sentito: *Confictae* (c. 24 r-25 r) ove dimostra di non aver scritto alcuna delle affermazioni attribuitegli dal censore; *Mutilatae* (c. 25 r-31 v), ove restituisce nella loro integrità altre sue frasi; *Externae* (c. 31 v-41 r), ove riprende il concetto già accennato nella prima parte dell'*Apologia*, che cioè le affermazioni di autori precristiani vanno prese per la verità che prefigurano, non in tutto il loro significato letterale; poi le *Controversae inter theologos* (c. 41 r-43 v), ove si compiace di sottolineare i problemi nei quali non si è giunti ad alcuna conclusione definitiva. Quindi passa ad esaminare (*Physicae*, c. 43 v-46 r) il valore di alcune espressioni che, per il loro contenuto schiettamente fisico, non possono interessare la scienza teologica.

Segue un paragrafo con undici proposizioni che Patrizi ritiene non capite dal censore (*Sequentes non intellexit*, c. 46 v-47 r). Gli ultimi due infine accusano il censore non solo per false citazioni della *Nova philosophia* (*Loca non vere citata*, c. 47 r), ma anche per affermazioni eretiche che si sarebbe lasciato sfuggire nella censura (*Haeresim sapientes*)<sup>36</sup>.

Segue una perorazione finale:

Itaque, Illustrissimi et Reverendissimi Iudices, cum omnes oppositiones contra meum librum a Fratere Joanne Petro de Saragoza scriptas et a Reverendissimo Patre Magistro Sacri Palacii subscriptas eva-

<sup>36</sup> Cc. 48 v-49 v (le cc. 47 v-48 r sono bianche). A questo elenco di affermazioni eretiche che il Patrizi rimprovera al censore vanno riferiti gli appunti contenuti nelle cc. 40 r-43 r; 196 r-201 r del ms. Palat. 665 della Biblioteca di Parma, ove si elencano (i due elenchi sono paralleli), ma senza esplicito riferimento alla *censura*, delle *Haereses*, molte delle quali ritornano qui; alla c. 201 r, alla fine del-

<sup>317</sup> questum] quaestum ms.



cuaverim et solverim et catholicas esse ostenderim, pro iusticia vestra a vobis peto ne librum meum novae philosophiae inter prohibitos in indicem ponatis, sed libere in publicum exire permittatis, et Reverendo Magistro Sacri Palatii authores sitis ut censorem alium sibi inveniat, qui non solum in scholasticis sed etiam in sacris conciliis, in sanctorum patrum lectione, in sacris bibliis sit magis versatus. Hoc enim certum est Scripturas Sacras formas quasdam loquendi suas proprias habere, patres proprias, concilia itidem proprias, longe scilicet alias quam eas / quibus scholastici in suis libris utuntur ex Aristotele ut primum desumptas. Quem Iustinus martyr et Basilius iam antea confutaverant, et quam rem tum Franciscus de Mayronis<sup>37</sup> e scholasticis magnus theologus, et recens Episcopus Canariensis Melchior Canus Praedicatorum Ordinis maximopere detestantur. Pro vestra ergo summa prudentia, Iudices Iustissimi, huic rei quae maximi est in sancta Ecclesia momenti opem feratis, permittite ut qui in vinea domini catholica laborat suo modo possit loqui, ne periculum subeat qui Aristotelis impietates non est secutus et scholasticis loquendi modis aut nesciit, aut noluit loqui. Hoc pro mea parte oratum volo, in reliquis, et haec ipsa et omnia mea Ecclesiae Catholicae Romanae iudicio et correctioni submitto<sup>38</sup> (c. 49 v-50 r).

La censura tuttavia non aveva segnalato come eretiche solo proposizioni tratte dalla *Nova philosophia*, aveva anche colpito i testi ermetici pubblicati alla fine dell'opera patriziana<sup>39</sup>,

l'elenco delle *haereses*, leggiamo: « Sed falsae aliae citationes, textuum mutilationes, interpretationes etiam perperam factae aut tractae non decent Sacerdotem [ms. *Sacerdotes*] qui fidei dogmatum sit minister, quae fides summa est veritas » (c. 201 r) che è evidente accenno al censore.

<sup>37</sup> Ms. *de May* <> *unus*; per la posizione di Francesco di Meyronnes di fronte ad Aristotele, cfr.: B. BOTH, *Franz von Mayronis und der Augustinismus seiner Zeit*, in « Franziskanische Studien », XXII (1935), pp. 44 sgg., in partic. pp. 52-54; e dello stesso A., *Franz von Mayronis OFM*, Münster i. W. 1936, in partic. pp. 175 sgg.

<sup>38</sup> C. 49 v-50 r; cfr. l'analoga chiusa delle *Declarationes*, pubblicata a n. 21.

<sup>39</sup> Cfr. *Apologia*, c. 39 r: « Hanc in Mysticam reiicit philosophiam de qua erit particularis censura ». La *Mystica Aegyptiorum Philosophia* è la *Theologia Aristotelis* tradotta in arabo nel IX sec. e dall'arabo in latino al principio del '500, quando fu riscoperta da Francesco Rosi, ravennate, a Damasco; la prima ed. latina è appunto quella del Rosi (*Theologia sive mistica philosophia secundum Aegyptios*



e in particolare la *Mystica Aegyptiorum et Chaldaeorum philosophia*. Il filosofo di Cherso, che nella tradizione ermetico-platonica trovava prefigurati i dogmi cristiani, seguace in questo di un'antica tradizione patristica ravvivata dal Platonismo del Rinascimento, dimostra che tra quella *Mystica Philosophia* e l'insegnamento cristiano vi è un'affinità assai maggiore che non tra questo e l'aristotelismo <sup>40</sup>, senza poi contare, egli aggiunge, che l'opera fu già edita sotto Leone X e con regolare autorizzazione :

Falso autem a censoribus dicitur, librum dici a me editum : non enim id dico, sed Romae primum est editus sub Leone X tem-

---

*noviter reperta et in latinum castigatissime redacta*, Romae 1519 ; del testo arabo, edito da FR. DIETERICI, *Die sogenante theologie des Aristoteles*, Leipzig 1882, è annunciata una nuova edizione nel *Corpus Platonicum Medii Aevi* ; Patrizi riproduce l'ed. romana (per il problema della traduzione lat., cfr. « Rinascimento », IV [1953], pp. 101-103 in nota).

<sup>40</sup> « Librum vero laudibus extuli nimirum in rebus ipsis quae bonae et laude dignae in eo sunt. Sed [ms. se] conferamus / sex has propositiones, quas haereticas censor putat, cum aliis sex Aristotelicis, et prima esto :

1<sup>a</sup> Ex nihilo nihil fit. 2<sup>a</sup> Mundus non est factus. 3<sup>a</sup> Mundus non corrumpitur. 4<sup>a</sup> Deus nihil facit, praeterquam movere primum mobile. 5<sup>a</sup> Anima humana est mortalis, quod apertissime ex Aristotele ostendit Cardinalis Caietanus. 6<sup>a</sup> A privatione ad habitum non fit regressus.

Quaenam harum sex mysticarum et sex Aristotelicarum peiores sunt et magis contra fidem? Sed apponamus duplices ex mystica philosophia, ex primo statim capite, quas noluit videre :

1<sup>a</sup> Mundus ac tempus existunt sub Deo. 2<sup>a</sup> Deus author est causarum. 3<sup>a</sup> Deus creavit omnia, pro ratione singulorum. 4<sup>a</sup> Deus illuminat intelligentias. 5<sup>a</sup> Opus fit ab eo sine motu. 6<sup>a</sup> Motus omnium rerum est ab eo et ad eum. 7<sup>a</sup> Omnia moventur desiderio essentiali et naturali ab eo, in eo, et ad eum. / 8<sup>a</sup> A Deo fluit bonitas in singula. 9<sup>a</sup> Quatenus sunt bona assimilantur ei. 10<sup>a</sup> Omne bonum est ex Deo. 11<sup>a</sup> Anima est actus separabilis corporis physici. 12<sup>a</sup> Anima non corrumpitur, corrupto corpore.

Ob has igitur et similes alias innumeras quae eo libro continentur propositiones, laudibus eum extuli ; quae vero malae sunt, eas uti ab Ethnicis scriptas accepi [ms. ac sepi] et falsas esse scio, quamvis ex libro eas eximere non licuit, ne falcem in alienam messem mittere nos [ms. non] videremur » (c. 52 r-53 r).



pore Concilii Lateranensis, et Leonis iussu <sup>41</sup>. Non ego libri huius sum enarrator, sed quando eum enarrabo iuxta concilii decretum errores eius indicabo.

Impressori vero nostro satis fuerunt Reverendi Revisoris annotationes sicuti et mihi <sup>42</sup>. Reliqua vero quae ex Augustino affert optima sunt omnia, sed a censore non recte ad rem praesentem accommodata » <sup>43</sup>.

Segue ancora nel ms. un' *Appendice* (c. 53 v-58 v) che completa e precisa la difesa delle proposizioni della *Nova philosophia* incriminata dalla Censura.

\* \* \*

Se ora passiamo alle *Declarationes* scritte, come abbiamo detto, in risposta alla *censura* ma rivolte anche all'ambiente dello Studio romano, notiamo fin dalle prime pagine — qui pubblicate — la stretta affinità con l'*Apologia*; le stesse citazioni, interi periodi che ricorrono identici nei due scritti, la preoccupazione di mostrarsi sempre sottomesso alla Chiesa, tutto questo ci indica la stessa origine dell'*Apologia* e delle *Declarationes*.<sup>44</sup>

<sup>41</sup> Cfr. l'epistola del Pontefice a Francesco Rosi nell'edizione romana (carte non numerate: verso del frontespizio e recto della c. seg.).

<sup>42</sup> Si veda la tollerante annotazione di Iacopo de Lugo al cap. I, lib. I: « .... Apparet Aristotelem in toto hoc libro errasse, cum velit intellectum primum creatum creasse animas, et ordine quodam animam creasse inferiora. Ideo, o lector, non te offendat doctrina Aristotelis quia cum esset alienus a Christi fide, multos errores tenuit » (*Mystica Philosophia*, ed. Patrizi, c. 4 v).

<sup>43</sup> C. 53 r.

<sup>44</sup> Pubblico le prime pagine della *Declarat.* secondo la redazione BP 2 e mi attengo per il testo al Barb. 318, cc. 1 r-14 v, che è copia dell'autografo conservato nel Palat. 665, cc. 97-119, corretta poi, e firmata, dal Patrizi. Quando il Palat. 665 ha una lezione diversa lo indico in nota come pure quando mi distacco dal Barb.; segno in nota le correzioni del Patrizi esibite dal Barberiniano, facendo precedere questa indicazione con il testo quale si presenta in Palat. (e quindi in Barb. prima della correzione).



(Barb. 318, c. 1 r; Palat. 665, c. 99 r) Postquam anno salutis MDXCI a Clemente VIII Pont. Opt. Max. Ferraria evocatus Roman veni atque in Palatinam Pontificiam familiam honorificentissime sum adscriptus, multi veteres amici novique, viri undequaque doctissimi, 5 quorum Urbs Roma fere alter orbis est, salutatum me quotidie ventitarunt. Eorum humanum hoc officium libens rependebam. Mox Platonis Timaeum publice in hoc totius orbis celeberrimo gymnasio, frequentissimo auditorio, coepi exponere. Interim libri novae meae philosophiae, quos paulo ante Ferrariae in lucem edideram, vulgari 10 coeperunt, atque a multis legi. In eorum lectione, prout variae sunt hominum sententiae, varii animorum instinctus sunt cogniti. Alii vetustatem ac novitatem rerum admirari atque laudare. Aliis non admodum placere. Alii aliter atque aliter sentire. Id maxime duplici de causa: et quod Platonem amare nimium viderer, et quod 15 Aristotelem non multi facerem. De hac re postea. Nunc de mea philosophia.

In ea, quoniam multa loca, vel prae dogmatum vetustate, vel etiam novitate, vel quod non satis essent expressa, petierunt a me ut ea brevi commentatione explicarem et clariora redderem, ne 20 vel parum vel perperam intellecta aliquibus non satisfacerem. Eorum monitis parui, atque praesentem ea de causa suscepti laborem. Ad quem antequam accedam, operae precium (P, c. 99 v) fore putavi, si loca quaedam e sanctis patribus huc transfererem, quo ea quae sequuntur evidentiora apparerent. Rem hanc igitur aggredior.

25 Clemens Alexandrinus libro VI Stromatum, ex quadam Divi Petri Apostoli praedicatione haec affert verba:

« Cognoscite ergo, unum esse Deum, qui omnium principium fecit, et finis potestatem habet. Qui non cadit sub aspectum. Qui omnia videt. Qui cum capi non possit, omnia capit. Nullius indi- 30 gens. Cuius indigent omnia. Et per quem sunt omnia. Qui comprehendendi non potest. Aeternus, ab interitu alienus. Non factus, qui omnia fecit verbo virtutis suae scripturae cognoscentis, hoc est filii ». Deinde infert: « Hunc Deum colite non ut Graeci, utpote qui eundem quem nos colunt Deum qui sunt viri probi apud 35 Graecos, sed non perfecta et absoluta agnitione, ut qui a (B, c. 1 v) filio datam non didicerint traditionem ».

Paulo post, alia Divi Pauli verba, ex alia eius praedicatione affert.

9 L'opera stampata dal B. Mammarelli era comparsa poco dopo la metà del 1591; l'epistola dedicatoria è datata 5 agosto.

25 CLEMENTE ALESS., *Stromatum* VI, 5; P.G. 9, 257-260.

33 CLEMENTE ALESS., *ibid.*, VI, 5; P.G. 9, 260.



Quae sunt haec : « Libros quoque Graecos sumite; agnoscite Sibyllam quomodo unum Deum significet et ea quae sunt futura. Et Hystaspem sumite et legite, et invenietis Dei filium multo clarius et apertius scriptum ».

Quinam autem viri probi sunt apud Graecos? Qui eorum libri? Quae Sibylla? Quisnam hic Hystaspes? Probos quidem Graecos, et eorum libros, rationi est consentaneum a Divis Apostolis eos fuisse appellatos qui Deo easdem quas ipsi tribuerint potestates a Divo Petro recensitas. Hi autem (P, c. 100 r) inter omnes Graecorum philosophos fuere Orpheus, Pythagoras, Parmenides, et Plato, et horum sectatores. Hi namque unum Deum agnoverunt, et ut mundi factorem et curatorem celebrarunt, quamvis non perfecta et absoluta agnitione id fecerint, ut qui a filio datam non didicerint traditionem. Sibyllam autem, ut opinor, intelligit Divus Paulus Chaldaeam Sambethem vetustissimam. Quae XXIII libris ut Suidas tradit, multa de Christo Domino prophetavit. Et cuius adhuc libri VIII videntur extare in quibus multa, quae in sacris literis leguntur, sunt expressa. Hystaspes autem, qui a Divo Paulo tam aperte dicitur de filio Dei locutus, fuit vel primi Darii Persarum regis pater, qui Magus dicitur fuisse, vel e Magorum numero quispiam alius. Magi autem, ut ostendimus alibi, a Zoroastre sunt profecti. Huius Hystaspis et Sibyllae librorum lectione, tam multi in primitiva Ecclesia ad fidem Christi, teste Iustino martyre, convertebantur, ut Imperatores Romani, poena mortis indicta, eorum lectionem vetuerint. Quod si Divus Paulus Zoroastri logia, sive eloquia, praesertim ea, quae Joannes Picus gloriatur se invenisse, vidisset, hortatus esset, ut opinor, ad ea legenda. Nam in his paucis, quae ex Platoniorum monumentis collegi, nonnulla de trinitate sunt, de Patre Deo, de eius Potentia, de Mente, deque suo profundo, et quod mundum uni-

38 CLEMENTE ALESS., *ibid.*, VI, 5; P.G. 9, 264.

53 Cfr. A. ADLER, *Suidae Lexicon*, Lipsiae, pars IV, 1935, p. 354, n. 361.

58 F. PATRICII *Zoroaster et eius CCCXX oracula chaldaica*, Ferrariae 1591 (insieme alla *Nova de univ. philos.*), p. 3 v.

60 GIUSTINO, *Apol.*, 44, 12; ed. E. J. Goodspeed (*Die ältesten Apologeten*, Göttingen 1914), p. 57.

63 Cfr. F. PATRICII *Zoroaster, ecc.*, c. 4 ra; 4 va.

<sup>39</sup> quomodo] quando B.

<sup>46</sup> Hi] Hic B.

<sup>48</sup> Deum] Deum Trinum P. (corr. del Patrizi in B.)

<sup>52</sup> Chaldaeam] Chadeam B. // libris] om. P.

<sup>54</sup> in quibus] quibus B.

<sup>61</sup> lectionem] lectionum B.



versum produxerit, (P, c. 100 v) eumque et regat et sustentet, et de animae humanae immortalitate, de fide, spe, amore, ac corporum resurrec- (B, c. 2r) tione, deque futura vita, ut mirum sit ethnicum  
70 hominem tam alte perspexisse.

Sed haec Zoroastri eloquia ad Divi Pauli manus forte non pervenerunt, sicuti neque libri Hermetis Trismegisti. In quibus Deum unum, Patrem, Filium, et Spiritum consubstantiales celebravit et mundi factorem asseruit, et multa alia de divinitate, atque anima  
75 humana immortalis est philosophatus. Cuius testimoniis Lactantius, Cyrillus Alexandrinus et Divus Augustinus usi sunt multis, ad contestandam Trinitatem. Sed ut Gregorius Nyssenus loquitur :

« Saeculi philosophia humanaque disciplina carnale quoddam habet praepotium, quo circumciso, quod relinquitur Israeliticae  
80 invenitur esse nobilitatis ».

Itaque haec Zoroastri eloquia, et Hermetis libellos, et mysticam Aegyptiorum philosophiam, quae cum nostra excudi curavimus, quamvis aliqua a fide aliena et (P, c. 101 r) superstitiosa habeant intermista, circumcissione adhibita, ne exhorreamus. Nam Divus  
85 Basilius id hortatur cum scribit :

« Si nostrorum sermonum et Gentilium ulla est convenientia, illorum valde nobis conferet notitia. Sin minus, eos saltem conferendo differentiam discere licebit cum ad melioris optionem atque delectum non parum comparatio faciat, et inferiora saepe collata  
90 sunt potioribus ornamenta. Dicitur enim Moses ille, cuius est in sapientia nomen apud omnes homines maximum, Aegyptiorum disciplinis mentem exercitatus ita ad eius qui est contemplationem processisse. Similiter autem et in sequentibus temporibus Daniele Babylonae Chaldaeorum sapientiam dicunt didicisse, tunc denique divinas

77 GREGORIO NISSENO, *De vita Moysis*, P.G. 44, 337.

85 S. BASILIO, *Sermo de legendis libris Gentilium*, 3 ; P.G. 31, 568.

<sup>70</sup> hominem] homine B. // perspexisse] Sed et Arnobius de Hosthane alio Mago haec scribit: « Eorum Magorum et eloquio et negotio primus Hosthanes et verum Deum debita maiestate prosequitur, et angelos ministros, et nuncios Dei, sed veri, eius venerationi novit assistere, ut e nutu ipso, et vultu domini, contremiscant. Idem et daemones prodidit vagos, humanitati inimicos » *ad. P.* (cancellato dal Patrizi in B.).

<sup>71</sup> eloquia] et Hosthanis scripta *ad. P.* (cancell. dal Patrizi in B.) // pervenerunt] pervenerunt B.

<sup>90</sup> ornamenta] ornamento B.

<sup>92</sup> processisse] processit P.B.



95 attigisse doctrinas. Et hactenus quidem quod disciplinae profanae non sint animae omnino inutiles satis narratum ».

Divus quoque Augustinus libro VIII de Civitate Dei cap. 9 scribit :

« Quicumque igitur philosophi de Deo summo et vero ita senserunt, 100 quod et rerum creatarum <sit> effector et (B, c. 2 v) lumen cognoscendarum et bonum agendarum, quodque ab illo nobis sit principium naturae et veritas doctrinae et felicitas vitae, sive Platonici nuncupentur, sive quodlibet aliud sectae suae nomen imponant; (P, c. 101 v) sive tantummodo Jonici generis, qui in eis praecipui 105 fuerunt, senserint, sicut idem Plato et qui bene eum intellexerunt; sive etiam Italici propter Pythagoram et Pythagoreos, et si qui forte alii eiusdem sententiae indidem fuerunt; sive aliarum quoque gentium qui sapientes vel philosophi habiti sunt, Atlantici, Lybici, Aegyptiaci, Indi, Persae, Chaldaei, Scythae, Galli, Hispani alique 110 reperiuntur qui hoc viderint et docuerint, eos omnes caeteris anteponimus eosque nobis propinquiores fatemur ».

Idem Augustinus libro de Doctrina Christiana cap. 40 ita inquit : « Philosophi autem qui vocantur si quae forte vera et fidei nostrae accommoda dixerunt, maxime Platonici, non solum formi- 115 danda non sunt, sed ab eis etiam tamquam ab iniustis possessoribus in usum nostrum vindicanda »; et infra « Nam quid aliud fecerunt multi boni fideles nostri? Nonne accipimus quanto auro et argento et veste suffarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus doctor suavissimus, et martyr beatissimus? Quanto Lactantius? Optatus, 120 Hilarius? (Ut de vivis taceam). Quanto innumerabiles Graeci? Quod prior ipse fidissimus Dei famulus Moses fecerat, de quo scriptum est quod eruditus fuerit in omni sapientia Aegyptiorum »; si vero Philonem audimus etiam Graecorum et Assyriorum et Chaldaeorum.

97 AGOSTINO, *De civ. Dei*, VIII, 9; P.L. 41, 233-234.

112 AGOSTINO, *De doctrina christ.*, II, 40; P.L. 34, 63; cfr. *Acta Ap.*, VII, 22.

123 PHILONIS *De vita Mosis*, I, 5; ed. L. Cohn, vol. IV, Berolini 1902, p. 125, cit. da CLEMENTE ALESSANDRINO, *Stromatum* I, 23; P.G. 8, 900.

<sup>95</sup> profanae] *om.* B.

<sup>100</sup> et lumen] *et/et* lumen B.

<sup>107</sup> indidem] *inididem* P., *in iddidem* B.

<sup>116</sup> Nam quid] *Nanquid* B.

<sup>117</sup> accipimus] *accepimus* B.

<sup>118</sup> suffarcinatus] *suffurcinatus* B.



125 (P, c. 102 r) Itā igitur nos, et consiliis, et hortatibus, et iussibus,  
 et exemplis Divorum Apostolorum et tot sanctissimorum virorum  
 ad rerum coelestium studium et explanationem, contemplationem  
 nostram philosophicam comitem ascivimus. Dogmata nimirum Chal-  
 daeorum et logia Zoroastri et libellos Trismegisti, et Asclepii eius  
 130 discipuli et mysticam eorundem Aegyptiorum et Chaldaeorum philo-  
 sophiam, nostrae novae in testimonia adiunximus et iis passim usi  
 sumus necnon proborum Graecorum, Orphei, Pythagorae, Platonis  
 et sectatorum. Sed comitem talem, qualem nobis praecepit Nazian-  
 zenus libro Cygneorum carminum ad Seleucum his verbis :

135 « Huius tu vitae simulacrum velim serves ac te ipsum ad Mosis  
 mores illos conformes. Illius exemplo disciplinam Ethnicarum doctri-  
 narum tamquam aequus iudex, qui fert sententiam legibus consen-  
 taneam, verorum dogmatum libertati, ut omnino fieri par est, et sa-  
 pientissimae sacrarum literarum contemplationi, subservire iubeto.  
 140 Nam aequissimum est ut sapientia spiritus, quae coelestis est divini-  
 tusque nobis concessa, domina sit huius inferae terrenaëque disci-  
 plinae tamquam ancillae quae vario quodam conatu nequaquam  
 inflata esse debet, sed ad mini-(P, c. 102 v) strandum convenienter  
 ac decore condocefacta. Oratio enim terrena sapientiæ divinae  
 145 serviat ».

Cum itaque meam conderem philosophiam ut Hebraei et Mau-  
 metistae et haereticorum sectae quaedam, et Epicurei, quorum ma-  
 gnus est numerus, et Peripatetici qui multa dogmata fidei contraria  
 docent, vetustissimorum Zoroastri et Hermetis, Aegyptiorum et Chal-  
 150 daeorum autoritate et dogmatibus et meis rationibus convince-  
 rentur, quae collegeram illius logia, et huius libellos, et XIII libros  
 quorum titulus fuerat Mysticae Aegyptiorum sapientiae, meae  
 adiunxi philosophiae, ut testimonia quae inde peterem, unde erue-  
 rentur, cognosceretur. Quod si fecissem non nihil me fecisse in obse-  
 155 quium fidei catholicae sum arbitratus.

His igitur praefatis, declarationes quas dixi aggrediamur.

134 GREGORIO NAZIANZENO, *Carmen ad Seleucum*, vv. 238-250 ;  
 P. G. 37, 1592-1593.

<sup>143</sup> ad ministrandum] administrandum B.

<sup>146</sup> ut] stipem quoque meam qualemcumque possem in Sacrosanctae Ecclesiae  
 Gazophylacium mitterem quo et *ad. P.* (cancell. dal Patrizi in B.).

<sup>149</sup> Zoroastri et Hermetis] Zoroastri, Hermetis P.

<sup>155</sup> arbitratus] et si acutiores mentes ad haec studia excitassem [exercitasset, B.]  
*ad. P.* (cancell. dal Patrizi in B.).

<sup>156</sup> aggrediamur] Ne scilicet loca aliqua non assuetis obscuriora viderentur et  
 vel parum vel perperam acciperentur. Quorum primus hic esto : *Cur ecc., ad. Pa-*  
*trizi in B.* e poi nuovamente cancellato.



## DECLARATIONES

Cur statim in titulo inscripsi *Nova* philosophia? Deinde contextus initio *novam veram integram* philosophiam me conditurum  
160 proposuerim. Huius rei ratio haec est: veterum extant philosophiae sex. Antiquissima Trismegisti admirabilis, quamvis non integra, quam ille multo librorum numero dicitur conscripsisse. Eam in Poeman- (P, c. 103 r)dro a tenebris incepit.

Secunda est Ocelli Lucani, Pythagorae auditoris, tota physica,  
165 quam Aristoteles universam sumens in suam transformavit physiologiam, primi authoris nomine penitus suppresso, cuius libellus integer adhuc extat.

(B, c. 3 v) Tertia est Archytae Tarentini, quam Aristoteles idem, authoris nomine nullibi indicato, in suas categorias transfudit.  
170 Libellus extat.

Quarta est Timaei Locri Pythagorae itidem auditoris, quam Plato in suum Timaeum totam transtulit et magna illa sua eloquentia exornavit. Sed maiore ingenuitate et probitate authoris nomen interposuit et interlocutorem fecit.

175 Quinta est Platonis tum in suo Timaeo, tum omnibus suis libris explicata, multiplex obscura.

Sexta est Aristotelis, physica, metaphysica, ethica, politica. Sed physicae obscurissima principia posuit tria: privationem quam dicit esse non ens, materiam quam dicit esse ens per accidens, et formam  
180 quam dicit esse ens.

Nos a luce coepimus: nonne hoc novum est? Luce vero in corporibus quid verius? In incorporeis lux ipsa est veritas. Per lucem omnia, et mente, et sensibus cognoscuntur. Ideo veram diximus.

---

158 Cfr. retro, p. 410.

166 Cfr. PATRIZI, *Discussionum peripateticarum tomi IV*, Basileae 1581, pp. 237 sgg.

169 Cfr. *ibid.*, pp. 182 sgg.

<sup>158</sup> Cur.... inscripsi] Quaesitum est a me, cur statim in titulo inscripserim P. [anteriamente in P. si leggeva: Vir quidam doctissimus petit a me cur, ecc.] (corretto dal Patrizi in B.).

<sup>160</sup> ratio haec est] hanc reddidi rationem P. (corretto dal Patrizi in B.).

<sup>172</sup> magna] divina P. (corretto dal Patrizi in B.)

<sup>175</sup> in] *ad* B. (mano del Patrizi).

<sup>181</sup> novum est?] Si quis philosophum alium, qui id fecerit, proferat, nostra esto vetus *ad* P. (cancellato dal Patrizi in B.).



*Integra* addidimus: sed ea quae edita est, integra non est.

185 Deo Optimo Maximo permittente et adiuvante integram dabimus.

(P, c. 103 v) In titulo dixi: *Patricii methodo tota in contemplationem venit divinitas*. Tota equidem latitudine, sed non totaliter profunditate. Scio enim humanam mentem totum divinae Trinitatis profundum penetrare non posse.

190 Tractatus initio proposui: *Ante primum nihil. Post primum omnia. A principio omnia. Ab uno omnia*. Haec communia sunt omnium fere philosophorum axiomata. Quod vero addidi: *a bono omnia*, proprium Platonis ac Dionysii Areopagitae est axioma. Illa vero: *a Deo uno trino omnia*, axioma est omnium Catholicorum.

195 Sicuti et hoc *Deus, Bonum, unum, principium primum* idem eorundem est Catholicorum.

Quae vero sequuntur: *Ab uno, unitas primaria*, usque ad *a formis corpora*, partim sunt Dionysii libro *De divinis nominibus* c. 4. « Post sacros illos, sanctosque intellectus animae » et quae  
200 sequuntur — quod vero dixerim *A mentibus animae* tantumdem est ac si dixissem « post mentes animae » eodem sensu quod Dionysius: latine enim dicitur *ab* (B, c. 4 r) pro *post*, ut a primo secundus, a secundo tertius et deinceps, pro *post primum secundus*, *post secundum tertius* — partim nostra. Quae suis locis explicantur.

205 Tertia vero sequentia *Haec omnia sunt in spatio, Haec omnia sunt in lumine, Haec omnia sunt in calore*, propria nostra sunt suis locis disputata. Cum vero aio: *Per haec paratur ad Deum redi-*

190 *Nova de univ. phil.*, c. 1 r a.

199 Ps. DIONIGI, *De div. nom.*, IV, 2; P. G. 3, 696; P. L. 122, 1129 (trad. Scoto Eriugena); in margine a P. si legge: *pone loca*.

200 Il testo stampato ha *A mentibus animi* (c. 1 r a).

205 *Nova de univ. philos.*, c. 1 ra-b.

207 *Ibid.*, c. 1 r b.

184 ea] *ad*. B. (mano del Patrizi).

186 dixi] diximus P. (corretto dal Patrizi in B.).

190 Tractatus initio] Quae vero tractatus initio P. (corretto dal Patrizi in B.).

191 Haec] *ad*. B. (mano del Patrizi).

196 Catholicorum] et Platonicorum *ad*. P. (cancellato dal Patrizi in B.).

197 ad] *ad*. B. (mano del Patrizi).

198 libro De divinis nominibus.... post secundum tertius] P. in margine.

200 B. in margine (mano del Patrizi): *Pone loca*.

201 si] *om*. B.

204 B. in margine (mano del Patrizi): quando a theologis dicitur Deus esse ubique.



*tus*, Platoniorum et nostrorum est, nec dissonat ab illo Divi Pauli « Invisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur ». 210 *Hic finis et scopus*, scilicet ad Deum reditus, est totius *nostrae philosophiae* verus et *germanus*.

Et haec quidem axiomata, quis umquam ab alio philosopho fuisse scripta poterit ostendere? Si mea sunt, nonne nova sunt et hucusque inaudita?

---

209 *Ad Rom.*, I, 20.

210 *Nova de univ. phil.*, c. Irb : *Hic finis et scopus nostrae huius Philosophiae esto germanus*.

